



1.
1.
2.
3.
4.
5.



No. 1131.

1792, 17

PAPIRII IUSTI ICTI ROMANI
FRAGMENTA
OBSERVATIVNCVLIS ILLVSTRATA

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE
AVGVSTO CORNELIO STOCKMANNO

JVRISCONSVLTO ET ANTECESSORE
D. VIII. SEPT. A. O. R. cIdIdcccxcii

PVBLCIE
AD DISPVTANDVM PROPONIT

AVCTOR
CAROLVS AVGVSTVS HENNICKE
LIPSIENSIS

LIPSIAE
SX OFFICINA BUISCHELIA.



11

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
T. R. A. C. M. E. N. T.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY


THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY





Ad sermonem de *Papirii Jusii a) Sancti Romani fragmentis* rite instituentum ut viam quasi mihi muniam, non alienum existimo, pauca praefari de ipsius auctoris vita et scriptis, cum, qui JCtos Romanos ex instituto recensent libri, adeo hujus Prudentis mentionem intermittant, ut illius plane oblitus fuerit ANGELUS POLITIANUS in *Epistola ad Modestum*. Neque hoc mirum, cum in Pandecte ab ipsis veteribus JCtis nullibi laudetur. Ac primum quidem, ut ab illius natalibus ordiar, duplicem Romae gentem Papiriam, patriciam et plebejam, extitisse, illam Mugillanorum, Crassorum, Curforum, Praetextatorum, Massonum et Paetorum, haec Carbonum et Turdorum cognominibus usam esse, discimus ex CIC. *Epist. ad Divers.* L. IX. c. 21. Sed utra ex gente Papirius noster ortus fuerit, definire vix ausim, licet GLANDORPIUS *Onomast.* p. 662. genti plebejae cum adscripserit, absque rationibus. Pari obscuritate cognomen laborat, cum, magna hujus rei immutatione sub Principibus facta, Papirii, si ONUPHRIO PANVINIO *de nomin. Romanor. in Graev. Thesaur. Tom. II. p. 2042.* fides sit habenda, iis gentibus accensendi veniant, quarum non nisi semel usurpata cognomina ne a filiis quidem retenta sunt. Neque etiam praenominis insignitus fuit, tum quod auctore PANVINIO *l. l. p. 2036.* post reipublicae casum nominibus raro id additum fuit, tum quod praenomina in locum cognominum et cognomina in locum praenominum translata reperiuntur, uti pluribus docuit HENR. CANNegiETER in *libro singulari de mutata Romanorum nominum sub principibus ratione cap. II.* Erit mihi magnus Apollo, qui plura suppeditaverit. Adeo enim inscriptiones, adeo lapides una cum gentium romanarum scriptoribus Papirium nostrum silent, ut ne consanguinitas quidem il-

A 2

lius

a) Diversum eum esse et a *Papirio* illo, qui in *l. 2. §. 36. π. de O. J.* memoratur, et a *Papirio Frontone*, cujus libros Responsorum laudat Callistratus in *l. 4. π. ad leg. Rhod. de iactu et l. 20. §. 1. π. de V. S.* et a *Sexto Papirio*, Mucii auditore, cujus mentio fit in *l. 2. §. 42. π. de O. J.* quemque BALDUINUS ad h. l. in *Jurispr. rom. et att. T. 1. p. 800.* cum Frontone pro uno habet, vix est, quod moneam.

lius cum Papirio Aeliano, qui sub Divis Fratribus secundum aeram Almeloeyeni anno CLXIII consulatum gessit, idoneis argumentis possit demonstrari.

Papirii aetatem quod attinet, communis opinio, qua fertur M. Aurelii Antonini et L. Veri, vel, ut in Digestis vocari solent, *Divorum Fratrum* tempore floruisse, b) a veritate non aliena videtur, non solum ob constitutiones horum principum, quibus colligendis eum operam dedisse novimus, sed etiam quod Verum et Antoninum nullibi Divos vocavit, quam adpellationem omnibus, qui post hos Imperatores vixerunt, Jctis solemnem fuisse, *Brissonus de Verb. Sign. v. Divus* observavit. Vehementer igitur hallucinatur GUID. PANCIROLUS *de clar. leg. interpret. lib. 1. c. 51.* et qui eum exscripserat NIC. HENELIUS *de veteribus Jctis c. 21.* et P. TAISANDUS *in vitis Jctior p. m. 412.* Papirium Justum in Papiniani schola edoctum sub Severo et Antonino vixisse statuentes, Inscriptio enim legis 6. C. *ex quib. caus. infam. irrog.* qua sola Panciroli sententia fulcitur, nihil proforsu probat, si quidem nulla ratione demonstrari potest, Justum, ad quem hoc Severi et Antonini A. A. rescriptum Geta et Plautiano Coss. emissum fuit, Papirium Justum esse, ut taceam, in nonnullis codicibus, momente Charonda, nomen non *Justi*, sed *Justii* occurrere. Quo posito, corruit simul ejusdem Panciroli sententia, qua eadem hac inscriptione nifus *cap. II.* tradit Papirium Justum Praefidis officio functum esse.

In tanta rerum, quae ad Papirii vitam faciunt, obscuritate superest, ut de scriptis illius videamus. Composuit *Constitutionum libros viginti*, quos in Indite Digestorum Florentino sic laudatos legimus: *Ἰεὺς Constitutionον βιβλία εἰκοσι,* et in quibus *DIVORUM FRATRUM* rescripta complexus est, sola lege 60 π. de pactis, c) quae Marci Antonini rescriptum continet, excepta.

b) HEINECCIUS *Hist. J. R. §. CCCVIII.* sub Antonino et Commodo eum vixisse putat, idque fragmenta Papirii pleaque ostendere contendit: quam sententiam idem ad BRISSON. *de V. S. v. Papir. Just.* eo confirmare studuit, quod in leg. 60. π. de pact. Papirius Antoninum vocaverit Divum: quasi vero Verum Divum vocasset?

c) Hanc legem e libro VIII Papirii desumptam post ANT. AUGUSTINUM *de nom. propr. v. v. d. s.* in OTTONIS *thes. T. I. p. 272.* Constitutionibus, in quibus Antonianus Pius laudatur, inseruit AB. WELING *in jurispr. rest. p. 319:* Marco autem Antonino tribuit praeter HEINECCIUM I. L. BRUNQUELLUS *hist. jur. P. 1. c. 12. §. 28.* quod et intrepide affirmavit GUL. GROTIUS *in vit. Jct. L. II. c. 9. §. 12* sicut Avidii Cassii, quod in ista lege occurrit, nomine, quem, nisi omnia me salunt, putant eundem esse, qui Marco imperium eripere conatus est. Sed hoc ambiguum jam visum fuit BALDUINO *ad b. l. Qui vero M. Antoninum in Pandecte Antoninum appellari in dubium vocaverint, eos ego quidem ad BACKII diff. ad l. 1. π. in quib. caus. pign. in OELRICHS thes. Vol. 1. T. III. p. 88 cap. IV.* et ad WESTENBERGII *D. Marcum Diff. 1. §. 18.* remitto, qui pluribus legibus probarunt, eum a Jctis ejus aetatis hoc nomine insignitum esse.

Unde non video, quomodo contendere poterit Pancirolus, a Papirio diversorum Principum Constitutiones collectas esse, nisi forte, numero viginti librorum in consilium adhibito, ad sententiam, qua Papirium Severi tempora attigisse ratus est, stabilendam, voluerit uti libris integris a nono ad vigesimum usque deperditis. Neque enim omnium librorum fragmenta hodie supersunt, sed sedecim illa, quae extant, Digestis ita inserta deprehenduntur, ut, quod ex eorum inscriptionibus cognoscitur, e libro primo octo, septem ex secundo, et ex octavo non nisi unum desumptum sit. Procul dubio Papirius hunc constitutionum ordinem tenuit, ut in librum primum itemque secundum rescripta de jure municipali, et quidem de muneribus magistratuum municipalium, praefidisque provinciae redigeret: in octavo enim quae complexus sit, non liquet. Nonnulla tamen rescripta loco parum commode posita esse videntur, quae forte alii Papirii libris suam originem debent: unde ex ipsis § § 3 et 4 l. 9. π. de administr. rer. ad civit. pert. verbis: *Idem eodem libro* colligo, JCI ordinem turbarum esse a Triboniano. Constitutiones autem ipsae, quas collegit, ut pauca de indole earum addam, e Rescriptorum numero fuerunt, quod quidem cum ex inscriptionibus earum, tum ex ipso argumento fragmentorum, quae nobis servata sunt, clarissime potest intelligi. Neque quenquam fore arbitror, cui mirum hoc videatur, cum ab Hadriano fere usque ad Constantinum M. tantus fuerit Rescriptorum usus, ut Imperatores a privatis hominibus in omnibus fere causis consulerebantur, et pleraque non jure, sed rescriptis agerentur. Ultimo tandem loco silentio haud praetereunda communis Interpretum opinio, qua ducti haud dubitarunt tribus illis ante Justinianum Imp. editis codicibus, Gregoriano, Hermogeniano et Theodosiano, *quartum* a Papirio Justo *Papirianum* vocatum adjicere, ipsumque Imperialium Constitutionum collectorem nominare *Κωδικογράφον*. Fecit hoc ERICUS MAURITIUS *de libris juris communis horumque usu* §. 4. in *Opusc. p. 72.* quem praeter TH. TRIGLANDIUM *in paedia juris* sequuntur miro consensu omnes majorum minorumque gentium JCI. At, quod pace eorum dictum sit, vereor, ne rationes bene subdlexerint: et, mea quidem sententia, minus commode videtur ista Papirii collectio Codicis nomine venire. Primum enim, ut mittam, quae de vi hujus vocabuli proferri possint, prorsus alienus fuit Papirius ab ea ratione, quam in consarcinandis Constitutionibus Gregorius et Hermogenianus inierunt. Neque enim ille integris Principum constitutionibus in unum corpus redigendis intentus fuit, sed praecipua solum Rescriptorum capita et argumenta quasi memoriae causa annotavit, et, quod inno-

tescit unicitque, istas juris antiqui reliquias tamquam fractas e naufragio tabulas vel leviter evolventi, κατὰ τὴν διαίρεσιν posteritati tradidit. Unde factum est, ut a juris Romani conditoribus ista collectanea non Codici Justiniano, sed solis Digestis inserta legamus. Et quamvis *Divorum Fratrum* inscriptionem prae se ferant leges quaedam Codici repetitae praelectionis insertae: tantum tamen abest, ut illarum originem a Papirianis libris Constitutionum ducendam esse putem, ut potius nullo alio ex fonte, nisi vel ex Gregoriano, vel ex Hermogeniano Codice in Justinianum Corpus emanare potuerint. Quibus accedit ipsius Imp. Justiniani in principio *Constitutionum de novo Cod. fac. et de Justin. Cod. confirmando* omnium constitutionum antiquiorum in Codicem suum relatarum fontes non nisi solos tres Codices priores, Gregorianum quippe, Hermogenianum atque Theodosianum, commemorantis auctoritas, ut Papirius Justus adeo, si quid forte patonis adversae sententiae, quam, quotquot vidi, uno ore omnes tuentur, concedendum sit, mihi quidem videatur his suis adversariis solum colligendarum Imperialium Constitutionum exemplum praebuisse. His praemissis, jam de ipsis fragmentis agendum erit, quae secundum Taurelli lectionem exprimenda curavimus, adjecta simul lectionis, ab Haloandro, Syphriano et Baudoza suppeditatae varietate, notatisque subinde paucissimis, quae Ruffardi et Charondae observationibus haud prorsus indigna deprehendimus.

L. 13 Hal. et Vulgat. Papinianus Baud. constitutionum II. ec Syph. Severus et Antoninus Baud. in ea area II. S. et B. servitutem nulli II. deberet II. et S.

Lex 14. π. de Serv. Praed. Urb.

Papir. Just. lib. 1. de constitut.

IMPERATORES ANTONINUS ET VERUS d) AUGUSTI RESCRIPSERUNT: IN AREA, e) QUAE NULLI SERVITUTEM DEBET, POSSE DOMINUM VEL ALIUM VOLUNTATE EJUS AEDIFICARE, INTERMISSO LEGITIMO SPATIO A VICINA INSULA.

Eximius Pandectarum capitibus, quae COJACIUS emendanda sibi sumsit, rescriptum hoc adnumerandum esse, eo minus dubito, quo major numerus est eorum, quibus emendatione sua ille carpendi materiam praebuit. Ipsi nimirum jus

d) Florentiae perperam scriptum esse Severus, primam vero τὴ Severus syllabam ab imperito emendatore additam esse, testatur ANT. AUGUSTIN. ad Modest. de Excusat. in Oxy. thes. T. IV. p. 1583.

e) RUCIERO in Observ. c. IV. §. 4. p. 135. (qui integro in hoc libello multis legibus per geminationem simplicem et retrogradam in edictam adfert) placet area ea, quod forte scriptum fuerit Florentiae AREA. Acuta emendatio, attamen non omnino necessaria.

jus indubitatum, quod denuo inculcetur, talem mendii suspicionem excitavit, ut in *Observ. lib. 1. c. 4.* suadente amico, pro nulli legat luminum, quod, qui luminum servitutem debeat, aedificare non prohibeatur. Sed hanc emendationem Interpretes, Cujacio adversi, responderunt. Neque immerito. Ut mittam BAUDOZAM in *not. marg. ad h. l.* qui Cujacianam luminum lectionem, quippe quae nullibi invenitur, vituperat; CHARONDAM in *not. marg. ad h. l.* qui nihil mutandum dicit in Florentina lectione; ALB. GENTILEM de *jur. interpret. dialog. VI.* qui, licet codices suffragentur, quorum nullum videre mihi contigit, non nisi amici opinionem hanc emendationem vocat; LUDOV. VITALEM in *var. lect. lib. II. c. 7. n. 7.* in *Ort. thes. T. II. p. 668.* ANT. FABRUM in *Rational. ad Pand. ad h. l.* et JAUCHIUM in *Medit. critic. de negat. Pand. Florent. c. XIII. p. 187.* qui *ὅς ἐν παρόδῳ* Cujacium notant: plures data opera hanc emendationem simulque legis nostrae rationem examinarunt. HOTOMANNUS quidem in *amicab. respons. lib. II. c. 4.* ultro se Cujacio opposuit, et rationem hujus legis suppeditaturus in eo acquiescit, ut multa trita et usitata Imperatorum rescriptis contineri adeoque hanc legem in eorum numero reponendam esse affirmet. Magis ad rem accedit ROBERTUS *recept. jur. civ. lect. lib. II. c. 20.* qui, reprobata Cujacii emendatione, vim rescripti in legitimo spatio, quod custodiendum imperatores aedificaturis injungunt, recte ponit; illud tamen, quale fuerit, non docet. In Hotomanni sententiam quodammodo abiit MARKARTUS in *probabil. recept. lect. jur. civ. tom. 1.* qui, cum proprio motu imperatores non rescripserint, professi saepissime ea, quae indubitati juris essent, legem non putat corrigendam. Contorquet autem verba Cujacii, dum inter hominem, qui servitutem luminum, et aream, quae eandem debeat, distinguere eum asserit. Statuit solum Cujacius, posse illum aedificare, qui luminum servitutem debeat, non posse, qui servitutem, ne luminibus officiat. Neque obstat huic sententiae ad infringendum allegata ab HOTOMANNO *L. 15. π. de Serv. Praed. Urb.* quae de servitutibus agit, ne luminibus et ne prospectui officiat. Falsus etiam est Markartus adversus Cujacium scribens luminum servitutem non convenire areae. Area enim, licet ex *lege 211. π. de Verb. Signif.* sit locus ab aedificiis vacuus, sive, quo sensu saepius occurrit, si de praediis urbanis sermo est, solum, cui aedificia imponuntur; servitutem tamen luminum jus, quo vicinus vicini lumina excipere cogitur ex *l. 4. π. de Serv. Praed. Urb.* utique debere potest.

Haec ad reprobendam Cujacii sententiam: jam legitimum spatium, quale sit, quod in h. l. memoratur, paucis dispiciendum est. Recte quidem ambitum, qui

qui

qui in XII Tab. constitutus erat, intelligunt Interpretes; omnibus tamen, si originem quaeramus atque vicissitudines sanctionum de spatio inter aedificia custodiendo ad Marci usque Antonini tempora promulgatarum, palmam praeripuit acerrimus quandoque, simul vero justus Cujacii reprehensor CONSTANTINAEUS in *subtil. Enodat. lib. 1. c. 21. Ott. thes. tom. IV. p. 520.* quem in his, quae jam sub jectio, lubens sequor. Lege quadam Solonis, quam CAJUS in *leg. ult. π. fin. regund.* nobis servavit, cautum erat, ut, qui domus aedificarent, pedum duorum spatium inter domum et alienum praedium relinquerent. Hujus ad exemplum quodammodo f) lex XII Tab. fuit scripta: *AMBITUS PARIETIS SESTERTIUS PES ESTO*, quam, aucto civium numero, Romani amplius non custodivere. Sanxit deinde Nero, ut propriis muris quaeque domus ambiretur, quae quidem domus ab aliis separatae nec vicini parietibus junctae sub nomine *insularum* veniunt. Neque istamen Neronis aedificandi modus omnibus adrisit, teste TACITO *Annal. XV. 43.* Neglectam igitur hanc Neronis sanctionem, cum in extruendis aedificiis Romani modum non servarent, Imperatores Antoninus et Verus hoc rescripto in usum quasi revocarunt.

L. 17. π. de Serv. Praed. Rustic.

Papir. Just. lib. 1. de constitut.

constitutionum
H. et S. Severus
Baud.
datum iri debere
H. B. et S.

IMPERATORES ANTONINUS ET VERUS AUGUSTI RESCRIPSERUNT, AQVAM DE FLUMINE PUBLICO PRO MODO POSSESSIONUM AD IRRIGANDOS AGROS DIVIDI OPORTERE, NISI PROPRIO QVIS JURE PLUS SIBI DATUM OSTENDERIT. ITEM RESCRIPSERUNT, AQVAM ITA DEMUM PERMITTI DUCI, SI SINE INJURIA ALTERIUS ID FIAT.

GOVEANUS *Var. Lect. lib. 1. c. 37. aquam de flumine publico* interpretatur aquam, quae publicis aquaeductibus inserviat. Nescio tamen, an potius intelligenda sit aqua ex flumine, quod neque publico usui inservit, neque navigabile est, cum, quo minus aquaeductus publici aqua interceptatur, legibus sub *tit. Cod. de aquaeduct.* cautum sit. Ex tali flumine vero, quale h. l. intelligo, accedente principis, cui soli jus aquae dandae competit, consensu, aquam ducere licuit per *l. 2. π. de flumin.* Non ultra modum tamen, nisi privilegium suffa-

f) Haec verba Caji in d. l. ult. non temere negligenda; sunt enim, qui ipsissima Solonianae legis verba in XII tab. translata fuisse putant, inter quos PARD. *PRATERIUS in XII tab. legibus in Ott. thes. Tom. IV. p. 438.* reprehensa a JAC. GOTHOFREDO in *Font. jur. civ. ibid. T. III. p. 129.*

frageretur, quod sub verbis *proprio jure* Cujacius et ante eum Accursius jam intellexit. — Plura non addo, cum, quae forte illustratione egeant, CUJACIUS habeat *ad h. l. Tom. IV. part. pr. Oper. postum. edit. Fabroti.* et FR. DUARENUS *in disp. annivers. I. 52.*

L. 71. π. de contrah. emt. et vendit.

Papir. Just. lib. I. constitutionum.

IMPERATORES ANTONINUS ET VERUS AUGUSTI SEXTIO VERO IN HAEC Severus et Antoninus B. Sexro S. et H. Sextilio B.
 VERRA RESCRIPSERUNT: QUIBUS MENSURIS AUT PRETIIS NEGOTIANTORES VINA COMPARARENT, IN CONTRAHENTIUM POTESTATE ESSE: — Hal. var. lect.
 NEQUE ENIM QUISQUAM COGITUR VENDERE, SI AUT PRETIUM AUT Pand. nonnulli Sextilio Neroni, Severo legere notat, comparant B. off. S. & H. mensurae si H. B. et S.
 MENSURA DISPLICEAT, PRAESERTIM SI NIHIL CONTRA CONSUETV. DINEM REGIONIS FVIT.

Haudquaquam me fugit praeter CUJACIUM *in tit. π. de contr. emt. WE. STENBERGIUM in Divo Marco p. 74. sq.* peculiarem ad hanc legem dissertationem scripserunt, in qua de mensurarum generibus potissimum egit. Sufficiat igitur legis, quae nullis difficultatibus laborat, solum argumentum notaffe. Licitum evitandarum causa pretium, et loci, ubi contractum inierunt, mensuram, ne temere contrahentes negligant, Imperatores monent; monent, inquam: contrahentium enim arbitrio omnia relinquuntur.

Nulla Imperatorum mentione facta rescripti hujus priora verba *BASILIC. lib. 53. tit. 17.* mutila habent: Οἱ οὐδέμπαροι, ὡς ἀνσυμφωνήσωσι, πιπράσκουσιν; cetera immutata.

Lex 30. π. de Reb. auctor. judic. possidend.

Papir. Just. lib. I. de constitut.

IMPERATORES ANTONINUS ET VERUS g) AVGVSTI RESCRIPSERUNT, EOS, QUI BONA SVA NEGANT JVRE VENISSE, PRAEJVDICIO EXPERIRI DEBERE, ET FRVSTRA PRINCIPEM DESIDERARE RESCINDI VENTIONEM. Lib. XI. constitut. H. et Synh. Lib. XI. institut. B. Severus B. judic. placet Rufard et Chaon-dae. a principe B. S. et Hal. et probant Charondas et Rufard,

Practoris edictum *in l. 7. §. 1. π. quib. ex caus. in possess. propositum animadvertimus his verbis: QUI FRAUDATIONIS CAUSA LATITAVIT, SI BON. dand. scriptum esse Imperatores Verus et Marcus, quod in nullo Codice legi.* Primam

NI VIRI ARBITRATU NON DEFENDETUR, EJUS BONA POSSIDERI VENDIQUE JUBEBO. Per multis tamen modis, quos recenset VANDERANVS *de privileg. creditor. cap. ult. in MEERM. thes. tom. II. p. 722.* debitoris absentis latitantis et indefensi bona injuste venibant. Horum si quid factum esset: venditio, concessa creditoribus a praetore missione, in bona ex secundo decreto, nullius momenti erat. h) Illico tamen adversus emtores, quippe qui emtionis titulo sese tuebantur, debitor reversus rei vindicatione experiri non poterat, sed opus antea erat ad venditionem bonorum injustam nominandam judicis cognitione. Ad hanc consequendam instituebat debitor apud judicem actionem, quae dicebatur *praejudicium*. Non immorabor hujus vocis notioni atque divisioni, sed THEOPHILI definitionem in *tit. Instit. de Action. §. 13.* quam DUARENUS *Disputat. anniversar. lib. II. cap. 2.* explicavit, speciei, quae in hac lege continetur, convenientem monstrabo. THEOPHILVS praejudicium definit: τὸ πρὸν ἀπὸ τῆς ἰντεντίωνος μόνης συγκαίμενον, ἔδε γὰρ ἔχει καταδίκην ἐν εἰαυτῇ. Postulat atque intendit actor, ut, bona sua jure non venisse, iudex declaret, quod ipse non latitaverit, seu, uti RAEVARDO *de praejud. lib. I. c. 13.* videtur, quod reipublicae causa abfuerit. In ista praetoris cognitione condemnatio nondum continetur, sed, instituta demum a debitore rei vindicatione, subsequitur, vid. ROBERTI *Sent. jur. civ. l. r. c. 13.* Jam si pingui Minerva *praejudicium* definiamus, ut sit actio, qua, silente adhuc rei vindicatione, apud judicem debitor experitur, seu quae hanc praecedere debet, facile est ad intelligendum, quam parum recte pro *praejudicio* legendum esse *judicio* RVSSARDVS & CHARONDAS existimant, quibuscum consentit GIPHANVS *ad tit. Instit. de action. §. 13.* Nec pobaverit quisquam repositionem, quam KELLINGHUSEN in *diff. de legib. nonnull. Romanor. OELRICHI thesauro novo V. II. T. II. p. 65.* inserta amplexus est, dum pro *praejudicio* scribit *se de judicio*, nec Cujacii emendationem *ad tit. Instit. de except. n. 13.* receptam ab HVBERO *ad Instit. l. l. et CATHARINO in Observat. et Conject. lib. IV. cap. 42. in Meerm. thes. Tom. VI. p. 797.* pro *praejudicio* legentis *per judicem*, cum vel BASILICA, quae *lib. IX. tit. 7.* ut solent, hanc legem coarctatam expriment, habeant: πρᾶξι δὲ δικῆν ἀεμαίσει. At enimvero non poterat non valde adridere Cujaeo haec, quam nonnullos codices habere dicit, lectio.

syllabam τῆς Severae et in h. l. Florentinae ab impostore quodam additam esse, notat ANT. AUGUSTIN. loc. lit. d) laudat.

h) De hac bonorum emtionis et venditione infra ad l. 60. r. de pact. opportunior erit dicendi locus.

lectio. Rejcta enim ea, sententiam, licet teste VULTEJO *ad Tit. Inst. de Adf. §. 13.* deinceps immutatam, qua dari duntaxat tria praejudiciorum exempla statuit, defendere non potest. Ipsi insuper obstat locus PLINII *lib. V. epist. 1.* in quo *praejudicium*, cum GESNERO de moribus et pietate judicium, quod alii deinde sequantur, vix possit explicari.

et — venditionem] Verborum rationem JCris probatam ACCURSIUS hanc reddidit: frustra a principe peti rescissionem, quae jure communi concedatur, veram sane, si ea lex de injusta venditione ageret; sed cum judicis cognitione opus sit, ut, utrum justa fuerit venditio, nec ne, constet; procul dubio ista verba ab Imperatoribus eam ob rem adjecta sunt, quod talis cognitio, qualis hic requiritur, magis ad judicis officium pertinet, quam ad Imperatorem. vid. RAEVARD. *de praesud. lib. 1. c. 13.*

desiderare principem] CUCIACIUS in §. 13. legit: *per principem*. Cum vero hic *desiderare* ponatur pro *implorare*, immutatam retineamus, licet inusitatam, dictionem.

L. 4. π. de curat. bon. dand.

Papir. Justus lib. 1. de constitut.

IMPERATORES ANTONINVS ET VERVS AVGVSTI RESCRIPSERVNT: BONIS, PER CVRATOREM EX SCTO DISTRACTIS, NULLAM ACTIONEM EX ANTEGESTO FRAVDATORI COMPETERE.

Lib. IX. constit. H. S. et B. Sever. rni B. procuratorem B.

Hanc legem duobus locis, *lib. IX. tit. 7* et *lib. XXXVIII. tit. 12.* BASILICA servarunt, mutilam tamen et interpolatam: in utroque enim verba ex SCTO omissa, in illo loco adjecta verba sequentia: *ἰδμεῖαν ἐκ τῆς διαθήκης βοήθειαν* Paulo vindicata, insuper etiam cum lege sequenti conjuncta. Neque vero praetermittendum, quod CALOCYRUS Scholiastes *in notis ad h. l.* servavit, rescriptum: *Ἀντωνίνος καὶ Σεβήρος οἱ βασιλεῖς ἀντέγραψεν, ἥνικα ἀπὸ δόγματος τῆς συγκλήτης καθίσταται κεράτωρ τῆς μελέσης πιπράσκεισθαι τῆ συγκλητικῆ περιποίησας, μηδεμίαν ἐκ τεσαμέντες ἀγωγὴν ἀεμόζειν τῶ κεράτωρι.* Parum abest, quin genuinum Divorum Fratrum rescriptum hoc esse dicam, modo pro verbis: *τῶ κεράτωρι*, prioris mendosis, (quid enim fraudi esset honorum venditio curatorum a senatu electo?) ex utroque Basilicorum capite reponamus: *τῶ περιγραψαὶ θελήσαντι τὸς δανειζὰς.* Verba ἐκ τεσαμέντες

forte Tribonianus in fragmento Papirii expunxit, ut generaliorem legem redderet. In nomine Σαβήρος non haereo, cum saepius Veri nomen in Severi mutatum inveniamus apud Graecos Interpretes, ut in §. 6. *Instit. de excusat.* apud THEOPHILUM et in l. 6. §. 7. *de excusat.* Sed vim tamen aliquam hoc rescriptum tribuit sententiae, quam ACCURSIVS primus divinando assecutus est, agi ibi de bonis Senatoris, quae per curatorem ex Scto datum venire debent vi l. 5. *de curat. furios.* in quam sententiam MORNACIVS ad h. l. et FABROTIVS in not. marg. ad Basilica discesserunt. Verborum nullam — competere non absque glossa rationem reddit, quod bonorum venditione ademptae fuerint fraudatori adversus debitores suos actiones.

Lex 3. π. ad legem Jul. de amon.

Papir. Just. lib. 1. de constitut.

Ex quo libro Papirii l. defumta sit, Haloander haud notavit. Boudoza eam Papiriano tribuit. Imperatores Sever. et Anton. H. S. et B. Augustinus H. et S.

IMPERATORII I) ANTONINVS ET VERVS AVGVSTI IN HAEC VERBA RESCRIPSERVNT, MINIME AEQVVM EST, DECVRIONES CIVIVS SVIS FRVMENTIVM VILIVS, QVAM ANNONA EXIGIT, VENDERE.

WESTENBERGIUS, qui in *Divo Marco p. 175 sqq.* peculiari dissertatione hanc legem exposuit, in varios *annonae* significatus inquisivit, omisso tamen eo, qui huc pertinet. *Annona* sc. h. l. est pretium, quo frumentum venit, ut me docuit praeter VARRONEM de R. R. l. III. c. 2. PAULLUS l. 5. *princ. π. de administrat. rer. ad civit. pert.* et Βασιλικῶν SCHOLIASTES ad lib. LX. tit. 44. qui scribit: παρὰ τὴν δημοσίαν κρατῆσαν ἀγορὰν ἥτοι πρῶτον — k) Ratio hujus rescripti videtur, ne dardanariis frumenti coëmendi occasio praebetur. Repetitum idem legimus in l. 8. π. ad municipal. et pro parte in d. l. 5.

rescripserunt B. S. et H. ut jus non esse lidem. invenitur B.

§. I. ITEM SCRIPSERVNT, JVS NON ESSE ORDINI CVJVSQVE CIVITATIS, PRETIVM GRANI, QVOD INVEHTVR, I) STATVERE.

de

l) Mendosam pro *Imperatores* in Pandedis Florentinis lectionem notat ANT. AUGUSTINUS de nom. propr. τῶ παδεν. in OTTONIS thes. T. I. p. 280. Idem loco lit. d) laudato Haloandrum reprehendit, quod in Norica editione legit *Severus* pro *Verus*.

k) HEINECCIUS ad Briffou. h. v. *annem* interpretatur den *Marktpreis*, quod jam observaverat DID. SCHLAGHEN Diff. de re frument. c. IV. §. 7. in OELRICHS thes. V. II. T. 3.

l) CHARONDAS in marg. ad h. l. scribit: In archetypo erat *invenitur*, sed ita a Taurello mutatum, uti ex eius adnotatis apparet, quae Pandedis praemittit. *Invenitur* detendit WESTENBERGIUS cit. loc. §. 9.

Non conveniant Interpretes, utrum omni magistratui potestas, statuendi hoc pretium, fuerit interdicta, an solum decurionum ordini. Magis placet posterior sententia, quam defendit WESTENBERGIUS l. l. c. 9. et STRYKIUS in *Diff. de dardanan.* ad l. 6. π. de *extraord. criminib. cap. III. n. 24-33.* Imo vero non ambigendum, ordinem hic significare ordinem decurionum, quem haec vox absolute posita semper notat. Exempla vide apud BRISSON. h. v. quibus jungas velim l. 38. prin. π. ad *municip.* et l. 13. pr. de *decur.*

§. 2. ITEM IN HAEC VERBA RESCRIPSERUNT: ETSI NON SOLENT HOC *ten* B. H. et S. GENUS NUNTIATIONIS MULIERES EXERCERE, TAMEN QVIA DEMONSTRATIVAM TE, QVAE AD VTIUTATEM ANNONAE PERTINENT, POLLICERIS, PRAEFECTVM ANNONAE DOCERE POTES.

Hoc loco ipsissima rescripti verba Papirius servavit, quod PANCIROLUS non attendisse videtur. Repetita legimus ea in l. 13. π. de *accus. et inscript.* WESTENBERGIUS l. l. §. 10. pro Severus legere mavult *Verus.* Florentina tamen leſio temere non est miranda, cum videatur sanctio Divorum Fratrum a Severo et Antonino repetita esse; neque Verus pro Severus reponendum certo affirmaverit WESTENBERGIUS, nonnullis codicibus legentibus *Hadrianus*, ut CHARONDAS et PACIUS testantur, m) Rationem hujus rescripti Βασιλιδῶν Schollastes adjecit, quod scilicet omnibus conducat abundare frumento. Subscriptionem in crimen a mulieribus in hac nuntiatione, quod suam injuriam persequi videantur, non exigi, idque si faciant, ipsis subscriptionem remitti, Idem notavit. v. l. 12. *Cod. de his qui accus. non poss.*

L. 18. π. ad SC. Turpill.

Papirius Jusus lib. 1. de constitut.

IMPERATORES ANTONINVS ET VERVS AVGVSTI IVLIO VERO RE-
SCRIPSERVNT, CVM SATIS DIV LITEM TRAXISSE DICETVR, IN-
VITO ADVERSARIO, NON POSSE EVM ABOLITIONEM ACCIPERE.

In SCti Turpilliani poenam tergiversatores incidisse, adeoque destituro ab
acculatione omitrendae ejus veniam a iudice petendam fuisse, quae *privatae*

B 3

m) Suppetunt et plures rationes, quibus Florentinam lectionem defendi posse crediderim, scilicet: Marcianus, cujus fragmentum est d. l. 13 nunquam scribit; *Verus et Antoninus*; verum ubique *Divi fratres*; insuper etiam hi imperatores si laudantur, Antonini nomen semper primo loco positum est. Non erubescit *μικρολογίαν*

Papinianus B. et Hal. apud quem inscriptio legis deest. Severus S. Antoninus et Severus Baud. et H. quem reprehendit A. AUGUSTIN loco saepius laudat. Severo H. S. abo- et B. acceretur B. dem.

abolitionis nomine venit, e l. 1. §. 8. π. ad SC. Turpill. et l. 2. Cod. de abolit. notum est et pluribus docuit ER. MAURITIUS in *Diss. de abolitione* Ejus Opusc. inserta p. 1017. In hac concedenda, non omnia ab actoris et iudicis arbitrio pendebant; consensus adeo rei nonnunquam requirebatur. Intra XXX enim dies, ex quibus custodiae mancipatus erat reus, invito eo, nisi mali quid perpeffus esset, abolitio accusatori concedebatur, iisdem vero praeterlapsis, non nisi consentiente reo, quid? ne consentiente quidem, si ingenuorum corpora verberibus lacerata, aut tormentis vexata essent. v. l. 3. Cod. de abolitioni b.

Satis diu] ὥστε ἐντευθεν ὑβριζῶνται τὸν κατηγορούμενον. Βασιλικῶν
SCHOLIAST. ad h. l. Lib. LX. tit. 1.
dicitur] i. e. iudici nuntiabitur.

probatetur H. et
S.

§. 1. ITEM RESCIPSERUNT, NISI EVIDENTER PROBETUR CONSENTIRE
ADVERSARIUM, ABOLITIONEM NON DARI.

Agit de abolitione, quae post XXX dies datur, quod satis evincunt verba
SCHOLIASTIS: *δηλονότι μετὰ τὰς λ' ἡμέρας.*

dicitur B. Hal.
et S. *instauran-*
dam B. et s. B. H.
et S.

§. 2. ITEM RESCIPSERUNT, CUM IN CRIMINE CAPITALI ABOLITIO-
NEM UT IN RE PECUNIARIA PETITAM ESSE DICERET, RESTAURANDAM
ESSE NIHILOMINUS COGNITIONEM, ITA UT SI NON PROBASSET HOC,
QUOD PROPONERET, NON IMPUNE EUM LATURUM.

Accursium, quod hanc legem non satis perceperit, arguit LANGEBECKIUS in *Annotatt. ad leg. aliquot perdifficil. c. 15.* in Ott. thes. tom. IV. p. 556 scribens, eum, qui accusatorem apud iudicem detulerit, quasi ex falsa causa abolitionem impetrarit, (ut in re pecuniaria, cum criminalis esset) non impune abolutionem, si, cognitione instaurata, in probatione defecerit. Aliam vero facti speciem ei inesse puto ductus Basilicorum auctoritate. Subjicit ad caput hoc illustrandum SCHOLIASTES haec verba: *Θεὸς γὰρ ὅτι κατὰ τῶ ἀυτῶ εἶχον καὶ δημόσιον ἐγγλημα καὶ ἰδιωτικῶν (ὃ λέγεται καὶ χρηματικῶν) καὶ ἐκλήθησα τὸ δημόσιον, παρελογισάμην δὲ τὸν δικαστῆν, καὶ ἦται ἦθησα ἀπὸ λουσιον, ὡς ἐπὶ περιβάτω, εἰδὲν ἦττον ἀνανεῖται τὸ ἐγγλημα.* Duplici nimirum iudicio nonnunquam adversus reum accusator experiri potest, v. c. si alienum servum dolique occidit; dominus ex lege Cornelia de sicariis agere potest per l. 23. §. 9. π. ad leg. Aquill. in §. 11. *Instit. eod. repetitam*, ex quibus locis SCHOLIASTES hoc exemplum attulisse videtur. Unde hanc speciem fingo: Capitali iudicio expertus accusator abolitionem, petit quasi civilis causa sit: nuntiat

id

id reus iudici: quo facto, accusator, non obstante abolitione, post quam idem crimen ab eodem adversus eundem instaurari non potest ex l. 4. §. 1. π. ad SC. *Turpill.* ad iudicium criminale prosequendum tenetur, et accusationis probatione destitutus punitur.

diceret] sc. adversarius, quam vocem, ne tertium repeteret, JCtum omisisse puto.

restaurandam] Quoad formam quidem instauratur, vi tamen non repetitur, sed initium capit. Idem SCHOLIASTES scribit: *ὁ δὲν ἀναεῖσθαι, ἀλλὰ οὐν ἀπὸ τῆς δόξης εἶναι.*

Lex 21. π. de appellat. et relat.

Papir. Just. lib. 1. de constit.

IMPERATORES ANTONINVS ET VERVS RESCRIPSERVNT, APPELLA- H. et S. h. l. non
TIONES, QVAE RECTO n) AD PRINCIPEM FACTAE SVNT, OMISSIS men habent. *Se-*
HIS, AD QVOS DEBERVNT FIERI EX IMO ORDINE, AD PRAE- verus et Antoni-
SIDES REMITTL. nus B. recta B.
quae in recto H.
et S. lit Syphr.

Sermo est de appellationibus per saltum, quos alii appellationes, neglecto Iudice intermedio, nuncupant. Magistratus *ex imo ordine* sunt municipales, qui ad praesidem provinciae provocabant.

§. 1. IDEM (i. e. iidem) RESCRIPSERUNT, AB IUDICE, QUEM A PRAESIDE a B. S. et H. re-
PROVINCIAE QVIS ACCEPERAT, NON RECTE IMPERATOREM APPELLATUM de ad B.
ESSE: IDEOQUE REVERTI EUM AD PRAESIDEM DEBERE.

A delegato ad delegantem provocatio dirigitur l. 32. §. 3. *Cod. de appell.* secus in mandata iurisdictione, quia mandantis et mandati iudicis tribunal idem, delegantis vero et delegati diversa sunt.

§. 2. SI MAGISTRATUS CREATUS APPELLAVERIT, COLLEGAM EJUS INTERIM *sustinere debere*
UTRIUSQUE OFFICIUM SUSTINERE; SI UTERQUE APPELLAVERIT, ALIUM IN *H. et S.*
TERIM IN LOCUM EORUM CREANDUM: ET EUM, QUI NON IUSTE APPEL- *eum aestimaturum*
LAVE- *rum B.*

n) Sic et ALCIATVS *disputat.* l. 15. legit et paulo post etiam imo. EIB. LEONINVS *Emendar. seu Observat. lib. VII. c. 6. n. 1.* tradit Papirium Justum, cui recte hoc fragmentum sub initio capituli, paucis vero interjectis Papiniano tribuit, scripsit *directo* *av. g. l. 16. π. de fideicom. liberat.* Male; haec enim lex non agit de provocacione, quam *directo* ad aliquem fieri nullibi legit. Unum tamen est, sive *recto* legamus, sive *recta*, cumposito illo, *pede*; sin hoc legatur, *via* subintelligatur.

LAVERT, DAMNUM ADGNITVRVM, SI QVOD RESPVBLICA PASSA SIT: SI VERO IUSTA SIT APPELLATIO, ET HOC PRONVNTIETVR, EOS AESTIMATVROS, CVM HOC ADSCRIBENDVM SIT. IN LOCVM AVTEM CVRATORIS, QVI ANNONAM ADMINISTRATVRVS EST, ALIVM INTERIM ADSVMENDVM, QVODAVSQVE APPELLATIO PENDEAT.

Cum per se plana sint haec verba, vix adjiciendum puto: *magistratus intelligendos esse municipales, i. e. duumviros, qui κατ' ἐξοχὴν magistratus municipales dicuntur.* Cf. WASTEAU *diff. de jure et jurisdict. municip.* inf. OEBRICH. *thes. V. II. T. 2. p. 280.* Spectat autem cognitio de eorum appellatione ad praesidem provinciae, qui pronuntiat, utrum iusta sit nec ne. τὸ, eos referendum est ad magistratus, qui aestimare debent, quis damnum resarciat, quod respublica passa est. Clariora sunt verba βασιλικῶν: ἐκείνος δίδωσι τὴν ζεμίαν, ὃν αἱ δικασταὶ δοκιμάσουσι. — Curator, qui annonam administrat, σιτῶνης, nuncupatur in *leg. 9. §. 6. π. de administrat. rer. ad civit. pertinent.*

popularentur H.
et S. depopula-
rentur B. seque-
rentur B. S. et H.

§. 3. IDEM RESCRIPSERUNT: QVAMVIS VISITATVM NON SIT, POST APPELLATIONEM FRVCTVS AGRI, DE QVO DISCEPTATIO SIT, DEPONI: TAMEN CVM POPVLITARENTVR O) AB ADVERSARIO, AEQVVM SIBI VIDERI, FRVCTVS APVD SEQUESTRES DEPONI.

Agit de appellatione a petitore interposita. Eo provocante locus quidem non est fructuum depositioni, auctore PAVLO in *recept. sentent. Lib. V. tit. 36. §. 1.* Imperatores tamen, si adversariis possessor agro litigioso male utatur, fructuum sequestrationem admittunt. Interpolant hunc locum Basilica, quae in provocatione pupillorum, qui in lite inferiores discessere, id attendendum esse tradunt.

L. 37. π. de pactis.

Papirius *Just. lib. II. de constitut.*

constitutionum S.
et B. Severus et
Anton. B. remitti
S. B. et H. revo-
candas esse B.

IMPERATORES ANTONINVS ET VERVS RESCRIPSERVNT, DEBITORI REIPUBLICAE A CVRATORE PERMITTI PECVNIAS NON POSSE: ET CVM PHILIPPENSIVS REMISSAE ESSENT, REVOCANDAS.

Variant Interpretes in sensu hujus legis enodando. COSTALIVS in *Advers. jur. civ.* ad h. l. administratores reipublicae non remittere posse dicit debitum

o) Dicam scripsisse Grammaticos Papirio, qui παρὸν τὸν verbo *populitatus* utatur, HEINECCIUS ad *Brisson.* jam observavit. Centurium adeo superfluum struunt in *LIVIVM l. 3. c. 6.* et *SALLUSTIVM in Jugurth. c. 31.* ut lexcentos alios nitam.

tum reipublicae liquidum, de illiquido valere transactionem, teste *l. 12. Cod. de transact.* Ampliavit hanc sententiam PACIVS in *Enantioph. quaest. lib. II. quaest. 6.* qui pactum de sorte reipublicae debita in ejus praesudicium non valere putat, sed de usuris tantum, quippe odiosis. Inter tacitam pecuniarum remissionem, quae a Curatore fieri possit, et expressam DION. GOTHOPREDVS ad *h. l.* distinguit, quam distinctionem ridet DONELLVS ad *l. 5. Cod. de usur.* eam tamen cum lege nostra, cui adversari videtur, non conciliat. BALDVINVS tandem in *Commentar. ad Tit. 7. de pact.* ante Divos fratres tales largitiones, sc. a curatore civitatis factas, a Trajano prohibitas, nec semper revocatas fuisse e PLINII *lib. X. epist. 111. et 112.* probat. Mihi in aprico postum videtur, quod curator civitatis creditum ejus remittere nequeat ob *l. 4. 7. de decret. ab ord. faciend.* Neque ante Divos fratres aliter constitutum deprehenditur in Plinii loco. Nam ut taceam, quod recte monet ELBERT. LEONINVS in *Observat. et Emend. lib. 7. cap. 16. n. 4.* ob nimium temporis lapsum, puta viginti annorum Trajanum donationem revocari non svisse, apud Plinium non ea species, quae in nostra lege, occurrit. Ille enim de donatione loquitur, quae, ut ejus verba sunt, *bule et ecclesia consentiente*, facta est, nostra vero lex agit de credito reipublicae a curatore *propria auctoritate* remisso. Neque obstat *l. 5. Cod. de usur.* quae loquitur de debitore, ad majores usuras praestandas obstricto, cum per aliquot tempus solverit. Ex hac minorum usurarum praestazione pactum tacitum inducitur creditorem inter et debitorem de non perendis usuris majoribus ita ut illi, si postea majores petat, exceptiones obstant. *l. 13. l. 17. §. 1. 7. de usur.* et CVAJAC. ad *l. 5. Cod. de usur.* Arbitrium igitur remittendi usuras tum pro parte, quod PACIO probatur, tum integras, uti videtur ANT. FABRO in *Rational ad 7. h. l.* quem BACHOVIVS ad *tit. h. l.* erroris accusat, neque tamen convincit, curatori civitatis de negamus, cui, cum adeo ipse usuras praestare teneatur, dum pecuniae publicae foenerationi moram adfert, non licet, usuris jam debitis civitatem frustrari. Ejus officium quale fuerit, fusius exposuerunt GU. PANGIROLVS de *municipal. municip.* in GRAEVII *thes. T. III.* et WASTEAU. *l. i. p. 304.*

Permitti i. e. remitti. Ita non solum CVAJACIVS explicat hoc verbum, sed et substat GRONOVIVS in *Obs. IV. c. 2.* notatus licet a BEVCKERO in *D. de crim. majest.* inserta OELRICH. *thes. nov. Vol. II. T. I. p. 127.* At in multis locis remittere et permittere promiscue veniunt cujus rei exempla ex Digestis et Codice congestit CVAJACIVS *Obs. XXI. 29.* et praeter hunc, quos laudat HEINECCIUS ad *Briffon. v. permitt.*

XVIII

Philippenses] Sunt coloniae juris Italici, quarum mentio fit in l. 8. §. 8. *π. de cens. lib.* et in locis ab Ev. OTTONE *de aedilib. colon. et municip. c. XII. §. 8.* excitatis.

L. 7. *π.* de Publican. et Vectig.

Papirius Jusf. lib. II. de constitut.

Papinianus D. H. et S. Ille inscriptionem legis habet, quam hi omiserunt. *Severus* B. * *debere* * additum est a librario, quod stellae indicant.

IMPERATORES ANTONINUS ET VERUS RESCRIPSERUNT, IN VECTIGALIBUS IPSA PRAEDIA, NON PERSONAS CONVENIRI: ET IDEO POSSESSORES ETIAM PRAETERITI TEMPORIS VECTIGAL SOLVERE * DEBERE *, EOQUE EXEMPLO ACTIONEM, SI IGNORAVERINT, HABITVROS.

Non obscurus hujus legis sensus. Ipsa nimirum praedia tributis ita obnoxia sunt, ut residuum vectigal a novo possessore exigatur, qui, si id ignoraverit, contra auctorem agere potest: sed in verbis haerent Interpretes, de quibus singulis videamus.

In *vectigalibus* sc. exigendis, nisi malis cum Accursio interpretari pro vectigalibus. Accuratius quidem pro vectigalibus scriptum fuisset *tributis*, quod vectigalia proprie dicuntur, quae pro invehendis et evehendis mercibus penduntur, latissimo tamen sensu ea pro tributis et stipendiis sumi, adeoque vectigales agros pro tributariis dici, *POPMAN* jam notavit.

Praedia convenire] Non incongrue videtur dictum, quod ipsa praedia obligata sunt. Egrege *BASILICA lib. LVI. tit. I.* vertunt: *τοῖς τέλεισιν οἱ ἀγροί, ἃ μὴ τὰ πρόσωπα ἐνεχούται.* —

Etque exemplo] In his verbis cardo legis vertitur. Primus *CVJACTVS* *Observat. I. 5.* et ad *Tit. Cod. de act. emt. et vendit.* legit *ex empto*, quod probavit *ANT. FABER Conject. lib. XX. c. 9.* et ne *ταυτολογίας* vitio haec lex laboret, voculam *eoque* in *eosque* mutavit *HOTOMANNVS amicab. respons. lib. II. c. 5.* quam mutationem veram et germanam hujus fragmenti p) lectionem vocat *ELB. LEONINVS Emend. lib. I. c. 8. n. 2.* qui, nescio, an sibi vindicare voluerit hanc emendationem, cum ejus auctores reticeat. Merito *CVJACTVM*, quod non omnibus possessoribus, sed solis emtoribus concesserit actionem, reprehendit *ALB. GENTILIS de jur. interpret. dialog. VI.* Hujus sententiam uberius exposuit *CONSTANTINAEVS subtil. enodat. lib. 3. c. 16.* in *OTT. thes. T. IV. p. 511.* Is

p) Pessimel *LEONINVS* et *BAUDOZA* hanc legem *Papiniano*; rectius *BASILICA*, parum accurata in legum auctoribus laudanda, ut pluribus exemplis probavit *HOFMANN* in *Malctenar. ad 7. dist. XII. §. 1. XXIV. c. XXV. n.* *Papirio* tribuunt.

Is quidem *exemplo* interpretatur per utilem actionem, quae a possessoribus instituitur adversus auctores ad exemplum actionis, quae publicanis ad vectigalia ab iis, pro quibus pensitarunt, repetenda comperit. At enim vero ex tribus his verbis: *eoque exemplo actionem*, id vix eliciendum est. Praeterea τὸ *eoque* non solum profus neglexit, quod, si *exemplo* utilem actionem involvere statuas q) quibus verbis jungere velis, non video, sed et majorem vim tribuit τῷ *exemplo*, quam ipsi inest, cum e nulla lege probari possit, per solam hanc vocem, nisi relative ponatur, actionem utilem significari. Quod si enim, quas CONSTANTINAEUS leges laudavit, una cum sexcentis apud BRASSONIUM aliis inspiciamus: in omnibus reperimus actionem, cujus *exemplo*, seu, quod usitatus est, cujus *ad exemplum* alia, utilis scilicet, instituitur. Jam qualis inest huic legi actio, cujus ad exemplum possessoribus alia concedatur? Nec probabile est, publicanis actiones directas competiisse adversus agrorum vectigalium possessores: certe hoc ex legibus a CONSTANTINAEO laudatis, quae de possessoribus agrorum vectigalium praecipunt, non apparet. Quid, si forte PAPIRIUS verbis *eoque exemplo* significaverit: *in eo casu, in ea specie*: si scilicet vectigalia residua, quae ignorassent, possessores solverint, datur actio adversus auctores? Certe huic interpretationi BASILICA lib. LVI. tit. 1. non refragantur, quae legunt: ὁ νομὲὺς καὶ τὰ τῆ προλαβόντος ἀπαστεῖται χρένε, καὶ εἰαν ἠγνόησεν, ἔχει ἀγωγὴν.

§. I. ITEM RESCIPSERUNT, PUPILLO REMITTERE SE POENAM COM-
MISSI, SI INTRA DIEM TRIGENSIMUM VECTIGAL INTVLISSET.

Iidem quoque N.
et S. tricesimum
B. S. et II.

Remittunt Imperatores *poenam commissi*, i. e. poenam, quae in fisci defraudatione irrogatur: non vindicant fisco merces, quas pupillus non professus est: liberant poena, si pupilli dolus non intervenerit, l. 9. §. 5. *de minoribus*.

L. 35. π. de re judicata.

Papir. Justus Constitut. lib. II.

IMPERATORES ANTONINVS ET VERVS RESCIPSERVNT, QUANQVAM
SVB ORTENTV NOVORVM INSTRVMENTORVM RESTITVI NEGOTIA
MINIME OPORTEAT: TAMEN IN NEGOTIO PVBLICO, EX CAVSSA
PERMITTERE SE HVIVSMODI INSTRVMENTIS VTI.

Constitut. L. N.
XIV. H. S. et E.
Severus B.

In quaestione: an novis instrumentis repertis lis decisa retractari possit? enucleanda, dispiciendum est, utrum in probatione dubia sola iudicis cognitione,

C 2

an

q) Utilem actionem hoc verbo significari jam BRASSONIUS *de Verb. Signif. h. v.* observavit.

an jurejurando lis decisa fuerit. Si prius obtinuit, ubi falsis instrumentis *ex l. 11. π. de Except.* rei judicatae praescriptio non obstat, causa ex integro agi non potest: si posterius; potest. Caeterum ad litem haec lex spectat judiciali cognitione decisa, cujus in negotio publico redintegrationem concedit. Plura dabit Cujacius *Observ. XVIII, 35.* et in *pr. tit. C. de reb. cred.*

negotio publico) Exempla litis in negotio privato innovatae, quae *ex l. 27. π. de poen.* et *PLIN. Epist. VII, 6.* Cujacius *l. l.* attulit, a sola principum clementia profecta esse, res ipsa docet.

ex caus[s]a) Jam DVARENVS in *Comm. ad tit. π. de re jud.* haec verba interpretatur: ubi evidens reipublicae utilitas id suaserit. Huic eo lubentius adfentior, quo magis CALLISTRATVM in *l. 5. π. de decret. ab ord. faciend.* de rescissione decreti differentem ita sensisse animadverto.

L. 38. π. ad municip.

Papirius Justus lib. II. de constitut.

Apud H. et S. legis inscriptio deest. Papinianus B. Sever. et Antoninus B. S. et H.

IMPERATORES ANTONINVS ET VERVS RESCRIPTIONVM, GRATIAM SE FACERE JURISJVRANDI EI, QVI JVRAVERAT, SE ORDINI NON INTERFVTVRVM, ET POSTEA DVVMVIR CREATVS ESSET.

Adeo vera sunt, quae REINOLDVS *Var. c. 15 in Opusc. p. 118.* tradidit de poena perjurii tempore Imperatorum gentilium Romanis adhuc incognita, ut vere scripserit SALISTVS in *Siciliment. p. 549.* plane non opus fuisse gratia Principali. Nec me movent verba *gratiam facere jurisjurandi*, r) cum non puniatur, qui inconsulte, vel iracundia motus pejeraverit, adeoque nemini nocuerit, sed, cum jurantis dolus coercendus sit, qui in negotio alterius fraudandi causa fecerit perjurium: quod bene distinguit DVARENVS *disp. annivers. II, 37.* et *ad tit. de jurejur. c. 8.* quem exscripserunt PACIVS *Enantioph. l. III. quaest. 79.* et BRONCHORST *Enantioph. Centur. II. assert. 25.* Neque opus est, ut cum PERENNONIO *Animadvers. et Var. Lect. l. II. c. 8.* in *OTT. thes. T. I. p. 639.* discrimen statuamus inter jusjurandum, quod adhibitum instrumentis praestatur, cujus gratiam Imperatores fecisse putat, et inter jusjurandum, quod sit corporaliter. In legibus enim, quibus ad hoc declarandum usus est, Imperatores validum esse jusjurandum jubent, ne dolosis succurrant.

rescriptis Severi Hal. et S.

§. I. ITEM RESCRIPTIONVM, COLONOS PRAEDIORVM FISCI MVNERIBVS FVNGI SINE DAMNO FISCI OPORTERE, IDQVE EXCVTERE PRAESIDEM ADHIBITO PROCVRATORE DEBERE.

Mu-

r) Minus recte dicunt dispensationem, quae dictio Latinis munus significat, notante JAC. CURTIO *Encyclo. lib. II. c. 21.* in *OTT. thes. T. V. p. 210.* Nec potest, cum sermo sit de jurejurando praestito, isti interpretationi hic locus esse.

Muneribus sc. municipalibus. *Procuratore* sc. Caesaris, cui fisci et rerum ad fiscum pertinentium cura demandata fuit, v. BRISSON. *Select. Antiqu. III, 18.* et BYNKERSHOEK *Obs. II, 20.*

§. 2. IMPERATORES ANTONINVS ET VERVS RESCRIPSERUNT, AD MAGISTRATVS OFFICIVM PERTINERE EXACTIONEM PECVNIAE LEGATORVM: ET SI CESSAVERINT, IPSOS VEL HEREDES CONVENIRI: AUT SI SOLVENDO NON SINT, FIDEJUSSORES EORUM, QUI PRO HIS (sc. heredibus) CAVERUNT. §. 3. ITEM RESCRIPSERUNT, MULIEREM, QUAMDIU NUPTA EST, INCOLAM EJUSDEM CIVITATIS VIDERI, CVJVS MARITVS EIVS EST, ET IBI, VNDE ORIGINEM TRAHIT, NON GOGI MUNERIBUS FUNGI.

Verus et Anton. S. et H. Severus B. covering idem.

Loquitur §. 3. de muliere legitime nupta. Quae enim matrimonium contraxit non legitimam, ex constitutione Divorum Fratrum muneribus fungitur ibi, unde orta est, v. l. 37. §. 2. *π. ad municip.*

Munera intelliguntur personalia: patrimonialia enim mulieres subeunt ibi, ubi bona possident in *l. un. C. de mulierib. ex quo loco*: ad quam legem remitto, qui forte munera mulierum jure romano mirentur.

§. 4. ITEM RESCRIPSERUNT, PATRIS, QUI CONSULTO FILIUM EMANCI- PAVERAT, NE PRO MAGISTRATU EJUS CAVERET, PERINDE BONA TENERI, ATQUE SI FIDEJUSSOR PRO EO EXTITISSET. §. 5. ITEM RESCRIPSERUNT, CUM QUAERITUR, AN MUNICEPS QVIS SIT, EX IPSIS ETIAM REBUS PROBATIONES SVMI OPORTERE: NAM SOLAM NOMINIS SIMILITUDINEM AD CONFIRMANDAM CUIUSQUE ORIGINEM SATIS NON ESSE.

Stomifit H. et S. Alii legunt quafi, ut Ruffard. et Charondas notant. etiam ex ipsi S. et B.

Ex — oportere. Requiritur, ut alium in locum migret eum bonis, l. 20. *π municip.* ibique commorandi animum habeat, l. 5. §. 3. *de capt. et postlim. reverf.*

Nam — esse. Municipibus duas esse patrias, naturae et juris, scribit CICERO de Legibus l. II. c. 2. Duplicem hanc patriam constituunt Divi Fratres a loco, in quo natus fuit, licet quis nomen sortitus sit, nondum sufficere juri municipii demonstrando. Requiritur, ut in municipio commoretur, ibique negotia gerat.

§. 6. IMPERATORES ANTONINVS ET VERVS RESCRIPSERUNT, NON MINUS EOS, QUI COMPULSI MAGISTRATU FUNGUNTUR, CAVERE DEBERE, QUAM QUI SPONTE OFFICIUM ADGNOVERUNT.

Severus et Antoninus B. Ver. et Anton. II et S. magistratu H. et S.

JCTOS non adeo diligentes fuisse in structura verborum, quam *σύνταξις* vocant, Grammaticorum regulis convenienter ponenda, et in casibus jungendis, testis est Papius, dum scribit: *magistratui funguntur.* Sic in l. 1. §. 6. *π. ad SC. Turpill.* in antiquis codicibus legitur: *muneri accusandi defungitur,* et CASUS in

l. 19. π. de oper. liber. ait: satis tempus habet. Plura exempla vide in BRISSON. Parerg. Lib. sing. n. 63. sq.

Lex 13. π. de decurion.

Papir. Just. lib. II. de constitut.

*H. et S. inscrip-
tionem legis omi-
serunt. Papinia-
nus B. Severus
B. Augusti deest
in H. et S. eligi B.*

IMPERATORES ANTONINVS ET VERVS AVGVSTI RESCRIPSERVNT,
IN TEMPVS RELEGATOS ET REVERSOS IN ORDINEM ALLEGI SINE
PERMISSU PRINCIPIS NON POSSE.

Nihil attinet hoc loco differere de exilio et relegatione. Adjicienda potius quaedam de ipsa lege, quam praeter CUJACIUM vix ullum leviter tetigisse JO. FERN. DE RETES in MEERMANNI *thes. T. VI. p. 62.* conqueritur. Qui ad tempus fuerant relegati, si tanto tempore, quanto dignitate caruerant, ad honorem non admittebantur, ut PAPINIANUS tradit in *l. 15. pr. π. ad municip.* Quod si vero relegatus, qui redierat, intra hoc tempus munus ambiret: principis auctoritatem accedere oportuit ipsi a Decurionum Ordine denuo cooptato. De iis igitur relegatis, qui intra tempus, quo abstinere debent, reversi dignitatem recipere cupiunt, rescriptum agit. Multa, quae huc faciunt, vide apud ANTONIUM de *Exil. l. III. c. 1.* in MEERMANNI *thes. T. III. p. 155.*

*Ordine H. & S.
eligi B. possunt
H. S. et B. cer-
tam spem ejus
honoris sui fecerit
Titidm.*

§. I. ITEM RESCRIPSERUNT, RELEGATOS NON POSSE TEMPORE FINITO
IN ORDINEM DECVRIONUM ALLEGI, NISI EJUS AETATIS FUERINT, UT NON-
DUM DECVRIONES CREARI POSSENT: ET DIGNITAS CERTA, SPEM EJUS HO-
NORIS, ID FACERET, VT PRINCEPS INDULGERE POSSIT.

Non — allegi sc. sine principis permisso, quod ex sequentibus apparet.

nisi — fuerint. Variant Interpretes in definiendo *si fuerint* tempore. BUDA-EUS in *Annot. posterior. ad Pand. h. t.* et ANTONIUS *l. l.* tempus damnationis tempus autem, quo relegatus decurio eligitur, CUJACIUS *Obs. XX, 40.* et RETESIUS *l. l.* subintelligunt. Urget is maxime principis rescriptum ad relegatum intra tempus legibus prohibitum in decurionum ordinem recipiendum. Aliud tamen obtinet in filiis eorum, qui ipsa nativitate honorem decurionalem consequuntur, nec curiae electione egent, si vel maxime relegati fuerint.

et — possit. Est locus is difficillimus, cum JCTI in *dignitate* explicanda sudarint. BUDA-EUS verbum *dignitatis* accipit pro oris probitate morumque praesstantia in facie eminenti: ANTONIUS, qui legit: *in spem fecerit*, pro indole muneris gerendo opportuna: et CUJACIUS, qui emendat: *et dignitas certa spes*, pro certa spe decurionatus bene gerendi, pro certa spe bonae frugis: quae notio improbat RETESIO dignitatem vocanti praerogativam, quam filius natus fuerit ex paternis honoribus. Nescio, an recte. Saepius enim CICERO

ut dignitas dicitur conditio, qua quis honore, vel munere dignus est: qui quidem significatus et ERNESTINAE definitioni in *Clavis Cic. v. dignitas*, et huius legi videtur convenire.

Spem sc. electi et curias, quae eum eligit. *Sperant*, Principem, cum electum eum resciverit, ratam electionem habiturum, uti BUDAËUS explicat.

Honoris sc. consequendi, in quem quis allectus non statim decurionatum consequitur: *faceret*, i. e. efficere posset.

Sensus igitur est: non posse relegatos reversos in ordinem decurionum, in scio principe, allegi, si ad aetatem decurionalem, h. e. ad annum XXV. nondum pervenerint, nec talis fuerit eorum conditio, morum imprimis praestantia, quae honore decurionali dignos faciat, ipsamque decurionum curiam, Principis consensum dum exploratissimum habet, ad eos in ordinem adsciscendos incitet.

§. 2. ITEM RESCIPSERUNT EVM, QUI IN RELEGATIONE NATVS EST, NON PROHIBERI HONORE DECVRIONATVS PVNGI.

Vix est, quod quis miretur creationem decurionum in relegatione natorum, cum vel spurii decurionatu fungi possint per *leg. 6. pr. ꝑ. de decur.* Neque enim impedendam esse PAPIANVS scribit dignitatem ejus, qui nihil admisit.

§. 3. ITEM RESCIPSERUNT, NON ADMITTI CONTRADICERE VOLENTEM *debit H. et S.* QUOD NON RECTE QVIS SIT CREATVS DECVRIO, CVM INITIO CONTRADICERE DEBERIT.

Defectus creandi decurionis non impedit, quo minus decurionatu fungi possit is, qui designatus est. Frustra igitur ogganniet, qui, elapso temporis spatio, contradixerit non rite creatibus decurionem.

L. 9. ꝑ. de administrat. rer. ad civit. pert.

Papir. Jusus lib. II. de constitut.

IMPERATORES ANTONINVS ET VERVS RESCIPSERVNT, PECVNIAE, IN H. et S. de off. infcriptio. *Imperator S. Severus B. et H. qui saepius notatur ab Augustino I. A. exhibendas B.* QVAE APVD CVRATORES REMANSIT, VSVRAS EXIGENDAS: EIVS VERO, QVAE A REDEMPTORIVS OPERVM EXIGI NON POTEST, SORTIS DVNTAXAT PERICVLVM AD CVRATORES PERTINERE.

Tenetur curator civitatis, cujus officium a WASTEAU l. l. p. 304. et PANDIROLO l. l. fusus expositum cum, auctore HEINECCIO ad Tit. ꝑ. h. l. §. 328. idem fere et periculum sit, ac tutoris, ad praestandas usuras pecuniae, quae apud ipsum remansit, et quam negligenter redemptoribus operum, i. e. qui opera publica facienda conduxerunt, commisit. Negligenter, inquam: a frauduloso enim ipsae usurae exiguntur in *lege 17 §. 7. ꝑ. de usuris.*

§. I:

§. 1. ITEM RESCIPSERUNT, OPERVM PERICVLVM ETIAM AD HEREDES CVRATORVM PERTINERE.

Operum periculum, h. e. Obligati sunt ad casum vitio operis contingentem praestandum.

bonae fidei R.

§. 2. ITEM RESCIPSERUNT, AGROS REIPUBLICAE RETRAHERE CVRATOREM CIVITATIS DEBERE, LICET A BONA FIDE EMPTORIBVS POSSIDEANTVR, CVM POSSINT AD AVCTORES SVOS REVRERE.

Agros intra viginti annos retrahere, h. e. vindicare debent: quo spatio elapso, possessores liberantur; a curatore vero id, quod interest, exigitur. Vicennialis hujus adversus civitatis praescriptionis rationem CUCIACIUS ad Pauli receptas sent. l. V. tit. 2. §. 4. hanc profert, quod reipublicae praeter Romanam omnes loco privatorum habeantur. Bona fidei emtor, qui alias bonae fidei emtor dicitur, saepius occurrit, ut in l. 9. §. 21. *de acquir. rer. domini.* et l. 22. §. 2. *de pignor. act.*

Item Gothofr. In S. Hal. et B. defunt verba: Idem eodem libro. P. vms et Anton. H. et S. frumentum teneri B.

§. 3. IDEM EODEM LIBRO. IMPERATORES ANTONINVS ET VERVS RESCIPSERUNT, OPERVM EXACTIONEM SINE CAUTIONE NON OPORTERE COMMITTI. §. 4. ITEM RESCIPSERUNT, SI NEGLIGENTER IN DISTRAHENDIS BONIS SE GESSERINT: IN SIMPLVM TENERI: SI PER FRAVDEM, IN DUP- PLVM, NEC AD HEREDES EORVM POENAM DESCENDERE. §. 5. ITEM RESCIPSERUNT, PECUNIAM AD ANNONAM DESTINATAM DISTRACTIS REBVS CVRATOREM EXIGERE DEBERE.

In §. 4. et 5. nisi omnia me fallunt, sermo est de debitoribus reipublicae, quorum bona distrahantur a curatore civitatis. Intelligit quidem WASTEAU l. l. p. 308. curatores annonae, et *distractis rebus* interpretatur distracto frumento. Sed series verborum, quae antecedunt, et quae §. 6. sequuntur, ubi de annonae curatoribus, qui sitonae dicuntur, sermo instituitur, contrarium docet. Accedit, quod in l. 2. §. 3. *h. t.* debitores frumentariae pecuniae non per curatorem annonae, sed per praesidem provinciae ad solutionem compellantur.

sent H. et S.

§. 6. ITEM RESCIPSERUNT, SITONAS INDEMNES ESSE OPORTERE, QUI NON SEGNITER OFFICIO SVO FUNCTI SVNT, SECVNDVM LITTERAS HADRIANI.

Sitonae, οἱ τὸν σίτον ἀγοράζοντες — frumentatores l. 18 §. 5. *h. t.* Erant curatores, qui a provincialibus frumentum emebant jussu Imperatoris, si canon frumentarius Principi a singula provincia quotannis praestandus non sufficeret, vel si provincia frumento indigeret. Indemnem praestandum esse sito-

nam,

nam itidem sancit *l. 3. C. ut nemini liceat in emt.* ad quam consulendus est cum Cujacio Perez, et de munere fitionae ipso Burmannus de *Vestigal. pos. rom. c. 111. p. 29. 30.* Ev. Orto de *caed. colon. et municip. c. 13.* et Wasteau *p. 367.*

§. 7. ITEM RESCIPSERUNT, A CURATORE CALENDARIJ CAUTIONEM EXIGI ^{oportere B.} NON DEBERE, CUM A PRAESIDE EX INQUISITIONE ELIGATUR.

Curator calendarii est procurator pecuniae reipublicae foenori contrahendo destinatae. A calendario dicitur, codice vel libello, in quem debitorum nomina referebantur. Cur solus inter administratores municipii a cautione praefacta immunis fuerit, ipsa lex indicat.

§. 8 ITEM RESCIPSERUNT, CURATOREM ETIAM NOMINE COLLEGAE TENERI, ^{oportuit H. S. B.} SI INTERVENIRE ET PROHIBERE EUM POPUIT. ^{Recltorem esse}

Tenetur curator collegae nomine, quod individuuum magistratum officium ^{lectionem Flo-} et commune periculum est, *l. 11. π. ad municip.* Nihil etiam obstat, quo minus ^{tentinam potuit,} omnes curatores intelligamus: falso enim PANGIROLVS solis civitatis curatori ^{monent Ruffard.} bus id tribuit. ^{et Charondas.}

§. 9. ITEM RESCIPSERUNT, NOMINUM, QUAE DETERIORA FACTA SUNT TEM- ^{curationis H. B.} PORE CURATORIS PERICULUM AD IPSUM PERTINERE: QUIA VERO, ANTEQUAM ^{S. quae antequam} CURATOR FIERET, IDONEA NON ERANT, AEQUUM VIDERI, PERICULUM AD EUM ^{NON PERTINERE.}

Haec spectant ad curatorem civitatis, qui pecuniam publicam curabat. *Curatoris non mutandum in curationis*, quod *ipsum* satis indicat: nec vero *quae* emendandum in *quae*, cum ipsa rescripti verba Papius retinuerit. Certe non abesse commode eorum, si pro quia *quae* reponeremus.

§. 10. IDEM LIBRO EODEM IMPERATORES ANTONINUS ET VERUS RE- ^{Item Gothofr.} SCRIPSERUNT, EUM, QUI PECUNIAM PUBLICAM MAGISTRATUS SUI TEMPORE ^{Idem eodem libro} ET POST NON PAUCO TEMPORE DETINUERAT, VSURAS ETIAM PRAESTARE DEBERE: ^{non habet S. B.} NISI SI QUID ALLEGARE POSSIT, QUA EX CAUSSA TARDIVS INTVLISSET. ^{et H. Imperator}

Recte Wasteau *l. 1. p. 305.* intelligit curatores civitatis. Caeterum *inferre* ^{Syphr. Verus et} saepius occurrit pro *solvere*, ut in *l. 42. §. 1. π. de jur. fisci.* ^{Antonin. H. et S.} ^{si desit in S. et H.} ^{de H. et S. in-} ^{terris S. B. et H.}

Lex 12. π. de pollicitat.

Papir. Just. lib. II de constitut.

IMPERATORES ANTONINUS ET VERUS AVGVSTI RESCIPSERVNT, ^{S. et H. non ad-} OPERA EXSTRVERE DEBERE EOS, QUI PRO HONORE POLLICITISVNT, ^{jecerunt, ex quo} NON PECVNIAS PRO HIS INFERRE COGI. ^{libro haec lex} ^{desumpta sit. Se-} ^{verus et Antqui-} ^{us B.}

Non semper ex pollicitatione quis obligatus est, sed tum demum, si ob iustam causam promiserit. *l. 1. §. 1. π. de pollicit.* quo casu et ipse et heredes ejus tenentur in solidum. Quae si vero opus coeptum sit, et bona ejus, qui pollicitus est, operi consociendo non suffecerint: heres ejus extraneus in quintam patrimonii partem, liberi in decimam ex rescripto Severi et Antonini tenentur: donator ipse, opere coepto, egenus factus, itidem quintam patrimonii partem ex sanctione Divi Pii solvit, *l. 9. π. h. l.*

§. 1. ^{Male pro potuit legitur oportuit, cum imperatores innuant distinctionem culpae et casus. Si culpa curatoris potest objectari, quod fec rationes a collega non exegerit, tenetur: secus si collega, cum magistratus honorem deponeret, solvendo esset, patrimonio ejus casu aliquo mutilato, ut loquitur Imperator in *l. 1. C. de peric. nomin.*}

sunt, id obser-
vandum esse li-
dem.

§. I. ITEM RESCRIPSERUNT, CONDITIONES DONATIONIBUS ADPOSITAS, QUAE IN REPUBLICAM FIUNT, ITA DENUM RATAS ESSE, SI UTILITATIS PUBLICAE INTEREST: QUOD SI DAMNOSAE SINT, OBSERVARI NON DEBERE: ET IDEO NON OBSERVANDUM, QUOD DEFUNCTUS CERTA SUMMA LEGATA VEIUIT VECTIGAL EXERCERI: ESSE ENIM TOLERABILIA, QUAE VETUS CONSUETUDO COMPROBAT.

Legatum civitati sub modo, qui legibus et statutis illius contrarius est, relictum, ad alium usum debet converti, ac testator voluit, l. 16. π. de usu et usufr. legat.

Lex 60. π. de pactis.

Papir. Inst. lib. VIII. Constitut.

L. 79. ff. de Ba-
chov. ad primam
part. π. h. t. pactis
B.

IMPÉRATOR ANTONINUS AVIDIO CASSIO RESCRIPSIT: SI CREDITORES PARATI SINT PARTEM EX BONIS, LICET AB EXTRANEO, CONSEQUI, RATIONEM HABENDAM PRIUS NECESSARIARUM PERSONARUM, SI IDONEAE SINT.

BALDUINUS ad Tit. π. de pactis conqueritur de legis hujus obscuritate, quod nec Avidii Cassii libellus, cui responderetur, extet, nec quicquam aliud ex Papirii libro sit descriptum, unde colligi possit, qua de re quaeratur. Probabilem tantum conjecturam dicit eorum, qui ad bonorum venditionem referunt. Sed ultra conjecturam videtur, si cum hac lege conjungamus, quae SCHOLIASTES Basilicorum tradit. Verba ejus integra subjicio, quae sic habent: *ἐὰν τελευτήσαντος τινός ἐπὶ ἀπόδοσιν περιεσία, εἰ δανεισθεῖς ἄτοίμοι ᾖσιν, μέρος τῶν χρεῶν λαβεῖν, ἀντὶ τῆς παντός χρέους, κατ' αὐτὸν δὲ καιρὸν καὶ ἐξωτικοὶ καὶ συγγενεῖς τῆς τελευτήσαντος βάλονται τῆ το μέρος τῶν χρεῶν τοῖς δανισταῖς δῶναι, καὶ λαβεῖν τὴν οὐσίαν τῆς τελευτήσαντος, προτεμότεροι εἰσὶν οἱ συγγενεῖς τῆς τελευτήσαντος ὑπὲρ τῆς ἐξωτικῆς, ἐὰν ᾖσιν ἀξίωμα πρὸς τὴν δόσιν ἢ τὴν ἀποδοσίν.* His politis, ulteriori expositione possumus superfedere. Sensus est: si debitoris bona veneant, et extranei et cognati illius velint ea emere: potiores illis esse cognatos, dummodo ipsi solvendo sint. Vix placet pristinum emendorum ac vendendorum bonorum modum adjicere, cum ab iis, quos ad THEOPHILI Tit. Inst. de succ. sublat. CIVIL. OTTO REITZIVS T. I. p. 611. laudavit, centies sit repetitus. Sed cum in limine dissertationis lectores antiquitatis cupidos et imaginem quandam hujus emtionis venditionis desiderantes ad hanc legem remiserimus: juvat jam pauca, ut fidem praestemus, delibare et quasi appendicis loco apponere. Jure antiquo nimirum, si debitor acre alieno oppressus latitabat, nec defensus erat: creditores a praetore, apud quem conqueriebantur, bonorum possessionem per certum temporis spatium impetrabant. Eo elapso, eundem iterum, ut ex ipsis ad vendendum patrimonium magister eligeretur, rogabant. Is bonorum proserptionem si fecisset, paucis diebus interjectis, creditores tertio, ut bonorum vendendorum legem facere possent, praetorem adiebant. Quo facto, si bona integris debitis solvendis non sufficiebant, ad partem debiti remittendam, ut facilius invenirent bonorum emtorem, se, libellis propositis, paratos esse, exponebant. Sic tandem statuto tempore, magister bona emtori addicebat, qui, tamquam bonorum possessor, omnes actiones, ipsas etiam utiles, eodem jure sibi vindicabat, quo adversus ipsum intendebantur.

DOCTISSIMO
DISPUTATIONIS AVCTORI

S. P. D.

AVG. CORNELIVS STOCKMANN

Perseveranti mihi causas medio in foro ultra semisculare spatium vario a variis patronis Marte agitatae peropportune et in ipso articulo obvenit Papirius Tuus, meque in actis a blattis tineisque fere corrosis delitescentem et paene sepultum veluti propitius deus et in tempore veniens multorum cacodaemonum expulsor in vitam revocat. Quam revocationem uti debeo spontaneae voluntatis Tuae significationi, qua me potissimum certaminis literarii publice a Te instituendi comitem et spectatorem esse voluisti: ita eximium virtutis ac diligentiae Tuae specimen Tibi, fidissimo disciplinae meae alumno, gratulor, mihiq[ue] gaudeo. Redit jam Papirius Tuus, quem ὀνοματωδέχους adscribendum putabas, ad Te, Vir Doctissime, tanquam ad nutritorem suum, salvus atque integer, et paucis tantum, quo facultate a Te mihi concessa uterer, locis locupletatus vel variatus, cum reliquiis istis Papiriani operis colligendis et exponendis talem ipse operam adhibueris, qualem poteram a praestantia ingenii Tui, ex lectionibus meis privatisque disputationibus mihi satis superque cogniti, et a doctrinae indefesso studio comparatae copia expectare. Neque est, quod metuas obreftationes malevolorum in hac seculi nostri segnitie oggannientium:

*Haec fuerant sub Rege Numa, sub Consule Bruto,
Nunc alia est aetas —*

cum

eum *Q. Antistium Labeonem* legamus diligenter leges decemvirales et omne jus antiquum investigasse, omnibusque ad liberaliorem jurisprudentiam spectantibus praesidiis in respondendo de jure et judicando felicissime fuisse usum. Ita potius, quam superiori aetate summi iique praestantissimi Viri juris exponendi et illustrandi viam celebrant, procedes, uti ego quidem hoc specimen academicum faustum, atque hos in literarum studiis profectus fortunatos Tibi esse cupio. Vale, meque, ut facis, ama. Scripsi Lipsiae Ipsis Calendis Septemb. A. O. R. c1010ccxcii.

Errata.

- Fag. IV. l. 28. vocaverit l. non vocaverit.
V. l. 13. l. 4. l. 10.
IX. 17. in marg. l. Charondae.
XIV. l. 28. l. παραλογισάμην.
— 30. potest, adde: *etsi principaliter causa civilis sit.*
— l. 31. dominus, adde *ex lege Aquilia et.*
XV. l. 7. in marg. his l. iis.
XVII. l. 19. obstructo l. non obstructo.
— l. 20. tempus, adde: *minores.*
XVIII. l. 1. Italici, adde: *habitatores.*
— quarum l. quorum.
XX. l. 1. et 2. Verba: ubi — obstat post verba: *sin posterius; potest,* ponenda sunt.
XXI. l. 26. patriam, adde *innuunt et.*
-

Leipzig, Diss. 1 1732

ULB Halle

3

005 358 981





No. 1131.
1792, 17

APIRII IUSTI ICTI ROMANI

A G M E N T A

SERVATIVNCVLIS ILLVSTRATA

RIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE

TO CORNELIO STOCKMANNO

IURISCONSVLTO ET ANTECESSORE

VIII. SEPT. A. O. R. c1o1occcxcii

PVBlice

AD DISPVTANDVM PROPONIT

AVCTOR

ROLVSAVGVSTVS HENNICKE

LIPSIENSIS

LIPSIAE

EX OFFIGINA BUISCHELIA.

